

rex cui sit beata requies jam multo tempore est quod testauit et confirmauit in supra dicta sede in honore illius Virginis Sancte Marie. Testamentum illud est intus murum uetus in loco pre-nominato inter illam uiam de Sancto Michaele et de illa regaria et concludit cum uia publica. Et hoc testamus pro redemptione parentum nostrorum et nostrarum animarum ita ne ullus homo habeat potestatem neque licentiam super illos homines qui ibi populauerint aut populantur mittendj nec mouendi neque aliquo censu quod regali dominio conuenit, omnino ab eis in-quirat. Similiter facere concedimus de omni quod de hodie in antea plantare edificare uel laborare potuerint seruientes supra dicte sedis tali pacto ut illud quod sursum resonat supra dicte sedj possidendum permaneat, et hoc facimus in nostri memoriam atque nostrorum antecessorum ut eorum orationibus atque sanctorum precibus quorum ibj reliquie et nomina continen-  
tur adiutj quod nostris meritis nequimus ualeamus adipiscj. Hoc denique per contestationem omnipotentissime deitatis dicimus quod huic nostro facto non erimus contrarij, quod sj forte quod absit contigerit liceat ecclesie rectoribus cohercere nos seuerissime legali censura semoto omni blandimento. Sj autem alius quislibet uir aut femina inde aliquid euertere uel auferre temptauerit non sit ej licitum per ullam assertionem cuiuscumque ingeniose calliditatis sed pro sola temeritate de suis proprijs facultatibus restituat in quaduplum eidem ecclesie omnia que auferre temptauerit et quandiu in hac pertinacia manserit sit excommunicatus a societate fide-  
lium christianorum qui in hac audacia ab hoc seculo obierit sit illi perpetua cum diabolo man-  
sio in eterna dampnatione et hoc nostrum testamentum perpetuum obtineat uigorem. Facta carta testamentj XII Kalendas Augustas Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup> VIII. Nos supra dictj Henrricus et Tarasia hoc quod pronto animo fierj decreuimus in honore Sancte Marie coram idoneis testibus proprijs manibus roboramus.

Egas Gundesindiz conf., Gomz Nunz conf., Menendus Pelaiz conf., Garcia Rodigz conf., Gaudiniz ts., Gedon ts., Menendus ts., Gondisaluus ts., Petrus ts., Cidi ts., Gauzelinus ts., Trutesindus ts.  
Thedonius prior.

20

1110, JULHO, 24 — *D. Teresa com autorização de seu marido, o Conde D. Henrique, faz doação de propriedades em Briteiros (c. de Guimarães) e Real (c. de Amares) a Fromarigo Guterres.*

A. D. B. — Gav. Prop. Particulares, n.º 7, or. *chanc. vis. trans.*

Magnum est enim titulum donatjonis in eo nemo potest actum largitatis inrumpere. Obinde ego famula Dei Taresia magni regis Adefonsi filia una cum consensu uiro meo comiti Henrrico placuit mihi ut facerem tibi criato meo Fromarigo Gutierrez cartulam donatjonis et firmitatis de ereditate mea propria que abeo de parentorum meorum in uilla Britario ereditate  
que fuit de Gonta Adrianiz integra et alia ereditate que abeo inter Gonteriz et Sancto Micael

de Paretis in loco ubi dicent Rial. Dono tibi ista ereditate ab integro cum quantum in se obtinet et ad prestitum omnis est et accepit de te per seruitum bonum que mihi fecisti et ite-  
rum facis, ita ut ex presenti die et tempore sit ista ereditate de iuri meo abraza et in tuo iure tradita atque confirmata et licentiam abeas quidquid de ea facere uolueris uendendi donandi  
testandi aut abendi tu et semini tuo euo perenni. Et si alius omo uenerit uel uenero tam ego  
quam propinquis meis uel extraneis et unc factum meum inrumpere uoluerit quisquis ille fuerit  
qui talia comiserit sedeat excommunicatus et cum Datam et Abirom abeat participium et cum  
Iuda Domini traditore abeat penas in eterno baratro lepra a uertice capitis usque ad planta  
pedis et insuper pariet tibi D solidos. Facta cartula donatjonis et firmitatis notum die quod  
erit nono Kalendas Agustas Era T. C. X.<sup>a</sup> VIII.

Ego Taresia anc cartam fieri iussi et manu mea roborau. (Sinal) TARASIA.

Ego Urraka filia comitis conf.

Petrus Pelagii continens Sancta Crux conf., Menendus Uenegas continens Cellorico conf.,  
Gomiz Nuniz continens Sancti Christofori conf.

Petrus Gutierrez tenente Pineli (?) conf., Arciepiscopus Mauricius Bracarense sedis conf.,  
Pelagius Luz capellanus infantis conf.

Petrus Episcopus comiti notarius ecclesie Uimaranensi canonicus notuit.

21

1110, AGOSTO — *Carta de doação e couto, a favor de Bernardo Franco, de cinco casais em Vila-Boa (c. Sátão).*

T. T. — Sê de Viseu, m. I, doc. 7, cop. sec. XIII (\*)

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti, amen. Ego comes Henrricus una cum uxore mea infante Tharasia filia Adefonsi regis magni facimus tibi  
Bernaldo Franco cartam de quinque casalibus in termino Zaaan in uilla que dicitur Villa Bona  
de illis uidelicet casalibus que fuerunt Gundisalui Sesariguz. Damus tibi illa et cautamus quod  
non respondeas de illis alicui unquam homini et sint libera et ingenua ab omni iure regali et  
non des inde iugadam nec facias caualariam quia de te accepimus unum bonum caballum quem  
adduxisti de terra maurorum. Sic enim nobis et tibi optime complacuit, habeas igitur predictam  
hereditatem firmiter cunctis temporibus seculorum et uendas et dones et testes cui uolueris. Et

(\*) O doc. apresenta uma deficiência que poderá parecer desfavorável à sua autenticidade — ausência de confirmantes nas subscrições. Repare-se, todavia, que a maior parte das testemunhas figuram como confirmantes de outros diplomas do Conde D. Henrique, do mesmo período, e que a confusão entre as duas categorias de firmatores é frequente em docs., como este, confeccionados fora da chancelaria. No caso presente, é também admissível tratar-se de mero defeito de cópia.